

Ordinationes
F. ipsius Con-
gregationis.

nitorii servabitur consuetudo, secundum quam ultra Generalem, & Vicarium, qui a Constitutionibus absque alia electione numerantur inter Definitorum proponuntur prius tres Visitatores Procurator Generalis, & qui aliquando fuerunt Generales; tandem in proponendo ad alias dignitates Generalis inquit consilium cum Patribus Definitorii de dignitatibus, & aptioribus proponendis, ab istis praestito prius juramento de servandis sub secreto, quae ibi tractata fuerint. Quod si dissideant, in consilio dando ferantur vota secreta super singulos, de quibus fuit controversia, quique supra medietatem plura vota fortius fuerint, is proponitur toti Capitulo eligendus. Per hoc tamen non tollitur quin Patres Capitulares possint alium quemcumque libere eligere, & electio erit valida, si aliud canonicum non obstat impedimentum, & haec quidem in Capit. Gen. extra vero Capitulum Gen. vacante dignitate quacumque non sufficiat quempiam, nisi de consilio, & consensu per vota secreta duorum saltem Visitorum nullus eligatur in Priorem nisi idoneus ad audiendas Confessiones, aliter electio sit nulla; illum solum autem dicimus idoneum, qui vel per triennium antecederet cum facultate Ordinarii hoc munus exercuerit, vel ab Examinatoribus a Capitulo generali destinatis, praevio diligenti examine per vota secreta talis iudicatus fuerit.

Clerici omnes, & Sacerdotes, qui anno 1660. emisissent professionem, quae deinceps emittent, teneantur navare operam scientiam septem annis humanarum literarum studio minime computato, vel totidem erudire professis in literis humanis, alioquin non possint eligi, nisi ad Vicariatum, & Prioratum, & si secus fiat electio sit nulla. Quinimo, si juxta praescriptum Constitutionum Lauream Doctoratus consequuti, consuetis Magistrorum privilegiis frui voluerint, teneantur prius per annum docere literas humanas Clericos professos, deinde, vel legere scientias septem annis, octo saltem mensibus anni, vel decem annis praedicare in nostris Ecclesiis omnibus Dominicis non impeditis ab Octava Paschae Resurrectionis usque ad septuagesimam exclusive. Sanctissimus annuit 13. Julii 1661.

P. Fagnanus.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat dictus Procurator Generalis ordinationes huiusmodi pro firmiori illarum subsistentia, & observatione apostolica confirmationis nostrae praesidio communiri summopere desideret: Nos ipsum Procuratorem Generalem specialis favore gratiae prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolu-

tum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ordinationes praesentatas auctoritate apostolica, tenore praesentium, confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiuicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.3. Decernentes easdem ordinationes, ac praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit praedictae Congregationis, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 17. Aug. 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

CCCLII.

Commissio Archiepiscopo Civitatis Casaraugustan. super contributione Ecclesiasticorum in gabella ad favorem Hospitalis Regii imponenda.

Ven. Fratri Archiepiscopo Casaraugustan.

ALEXANDER PAPA VII.

Ven. Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Rectores, & Administratores Generales, & Regii Hospitalis Sanctae Mariae

Ordinationes
praesentis
firmas.

Decretum
irritans.

Contraria
solit.

Transumptio
fidei.

Dat. die 17.
Aug. 1661.
An. VII.

Secret. Breve
Ex Regest. in

Expositio.

Mariae Gratiarum nuncupat. istius Civitatis Casaraugustan. quod alias cum dictam Civitatem, ejusque districtum pestis illic ab anno 1648. usque ad annum 1653. seu alio veriori tempore grassata in graves expensas conjecisset, contractoque ea de causa aere alieno maxime quantitatis involvisset, universi Ordines ejusdem Civitatis, apud quos regimen existit, & inter quos Clerus Ecclesiasticus primus computatur, de licentia Sedis Apostolicae ex communi tam Laicorum, quam Ecclesiasticorum contributione aere alienum huiusmodi extinxerunt.

§.2. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, dictum Hospitale aere alieno undecim millium trecentorum quadraginta duorum scutorum, & septendecim solidorum monetae illarum partium occasione dictae pestis ob expensas in curandis, & sublevandis infirmis, ministrisque sustentandis, seu manutenendis factas, damnaque ex combustione lectulorum, aliorumque suppelletilium, quae peste infectis serviant, accepta, contracto oneratum remanserit, nec illius dissolutioni, & extinctioni, simulque pauperibus infirmis assidue curandis, ac solvendis debitis, ministrorum salariis, aliisque impensis de necessitate subeundis par existat; praedicti vero Ordines provide considerato, expensas per dictum Hospitale factas, & damna accepta huiusmodi personarum tam Ecclesiasticarum, quam laicarum beneficio, & commodo cessasse, nullam promptiorem, expeditioremque eidem Hospitali consulendi rationem iniri posse compererint, quam si super singulis mensuris tritici, & olei in praedictis Civitate, & districtu vendendi, & emendi aliqua communis gabella ad favorem ipsius Hospitalis in satisfactionem dicti aere alieni, & non in alios usus, & causas quantumvis necessarias, & urgentissimas convertenda usque ad complementum dictorum undecim millium trecentorum quadraginta duorum scutorum, & septendecim solidorum, & non ulterius duratura, ad cuius solutionem concurrere, & contribuere debeant omnes tam Ecclesiastici, quam seculares, praecedente nostro, & dictae Sedis beneplacito imponatur; Nobis propterea praedicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt; ut dicti Hospitalis inopia, & egestati in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, & mandamus, quatenus confitto tibi de narratis, & dumtaxat

Motiva

Decretum
praesentis
confirmat.

Clausula.

Derogatio
contrariorum

modo Cleri Civitatis, & Districtus huiusmodi in primis, & ante omnia accedat assensus, ut praedictae personae Ecclesiasticae utriusque sexus tam seculares, quam cuiusvis Ordinis regulares eorundem Civitatis, & Districtus ad solutionem praedictae gabellae super singulis mensuris tritici, & olei in dictis Civitate, & Districtu vendendi, & emendi legitime imponenda concurrere, & contribuere teneantur pro rata, & quantitate per Te, & ejusdem Cleri Deputatos taxanda, seu concordanda, ipsique Exponentes Gabellam ipsam tam a laicis, quam a praedictis Ecclesiasticis personis secularibus, ac cuiusvis Ordinis, Congregationis, ac sexus Regularibus exigere, recipere, & recuperare libere, & licite possint, & valeant, ita tamen, ut proventus contributionis, seu gabellae huiusmodi in extinctionem tantum aere alieni praedicti hospitalis, & non in alios usus, & causas etiam urgentissimas, etiam urgentissima qualibet, ac quam praesens sit urgentiori necessitate non obstante, successive convertantur, & ad hunc effectum computa proventus huiusmodi in fine primi anni, & deinde cuiuslibet mensis coram te ipso liquidari, & solutio facta Hospitali praefato justificari omnino debeant, alioquin his omnibus, & singulis exacte non servatis, & si in aliquo defectum fuerit, praesens gratia eo ipso nulla penitus, & invalida existat, & pro non facta habeatur, neque praedicti Ecclesiastici ulterius ad huiusmodi contributionem, seu gabellam teneantur, aut contribuere debeant, nec possint etiam voluntarie, auctoritate nostra Apostolica concedas, & indulgeas, ac licentiam, & facultatem desuper opportunam elargiaris.

§.3. Decernentes praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, & dictae Sedis Nuncios iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon majoris, & aliarum quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, & praedictorum locorum Civitatis, & Districtus huiusmodi, ac Ordinum, Congregationum, & Institutuum quorumcumque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis in contrarium praemissorum

X

rum

rum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferrentur, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Clausulas penales apponit.

§.5. Volumus autem, ut statim atque praefata summa constata fuerit, Personae Ecclesiasticae illic ab ulteriori contributione, & solutione gabellae hujusmodi cessent, & abstinere, neque ab illis quicquam amplius exigi possit sub poenis a sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis in contrarium facientibus inflictis eo ipso abque alia declaratione incurrendis.

Dat. die 18. Aug. 1661. An.VII.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Aug. 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

Ex Regest. in Secret. Breve.

CCCLIII. Praeceptum Superioribus Provinciae Brasiliensis Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia sub poenis privationis utriusque vocis, & Officiorum, ac perpetuae inhabilitatis ad eadem ipso facto incurrere, ut processione feria quarta Cinerum quotannis fieri solitam a Tertiariis Secularibus ejusdem Sancti Francisci in Brasilia degen. per Conventus Bayae omnium Sanctorum, sicut antea conventualiter, & cum solita Cruce associare faciant.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

§.1. CUM sicut dilecti filii Tertiarii seculares Ordinis Sancti Francisci in Brasilia degentes Nobis nuper exponi fecerunt, dilecti etiam filii Ministri Provincialis, alique Superiores, & Fratres Provinciae Brasiliensis Ord. Minorum Sancti Francisci praefati de Observantia nuncupatorum non permittant, ut Fratres Conventus Bayae omnium Sanctorum ejusdem Provinciae processione feria quarta Cinerum a praefatis Tertiariis quotannis fieri solitam associare possint, sicut antea ex laudabili Instituto quondam Pantaleonis Baptistae, dum vixit Ministri Provincialis dictae Provinciae facere solebant, Id vero in divini cultus detrimentum cedere, fraternamque inter eosdem Fratres Minores, & Tertiarios charitatem ledere, aut minuere valeat: Nobis propterea ipsi Tertiarii humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§.2. Nos igitur spirituali eorumdem Tertiariarum consolationi quantum cum Domino possumus benigne consulere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum; harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praefatis Ministro Provinciali, aliisque Superioribus, & Fratribus Provinciae hujusmodi tam praesentibus, quam futuris, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, & eorum cuilibet in virtute sanctae obedientiae, ac sub privationis vocis activae, & passivae, officiorumque, & perpetuae inhabilitatis ad eadem ipso facto incurrendis auctoritate apostolica tenore praesentium stricte praecipimus, & mandamus, quatenus praedictam processionem, sicut antea conventualiter, & cum solita Cruce associari faciant.

Praecipitur ut in rubr.

Decretum insertans.

§.3. Decernentes, & declarantes, quod in reliquis per hoc nullum praedictum illatum censetur exemptionibus vigore Constitutionum Apostolicarum eisdem Ministro Provinciali, aliisque Superioribus, & Fratribus competentibus, itaut hujusmodi exemplo ad associationem aliarum processionum, necnon ad alias functiones nullo modo compelli possint.

Contraria tollit.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, ac Provinciae, & Conventus hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 24. Aug. 1661. An.VII.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Augusti 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

Ex Regest. in Secret. Breve.

CCCLIV. Confirmatio ordinationum, & declarationum Congregationis Generalis Societatis Jesu circa jurisdictionem, & gubernationem Vicarii Generalis cum futura successione.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

§.1. Alias Nos dilectis filiis Congregationi Generali Societatis Jesu Vicarium perpetuum cum futura favore.

favorem in Officio Praepositi Generalis dictae Societatis quocumque illud per obitum, cessionem, renunciationem, vel dimissionem dilecti filii Gosvini Nickel Praepositi Generalis ejusdem Societatis, seu alias quomodolibet ex illius persona vacare contingeret, successione, ac cum universali, & libero exercitio potestatis, servatis alias servandis, eligendi plenam, & amplam facultatem tribuimus, & impartiti sumus, & alias prout in nostris in simili forma Brevis Literis die prima Junii proxime praeteriti desuper expeditis, quorum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso haberi volumus, uberius continetur.

Motiva.

§.1. Cum autem, sicut pro parte dictae Congregationis Generalis Nobis nuper expostum fuit, eadem Congregatio praefatarum nostrarum Literarum vigore in Vicarium generalem perpetuum dictae Societatis elegerit dilectum etiam filium Joannem Paulum Olivam Presbyterum Regularem ipsius Societatis, cum jure succedendi, in eumque contulerit exercitium universale, ac liberum potestatis, non revocandum, neque impediendum, idque (prout ipsam Congregatio declaravit se intellexisse) non cumulative, sed privative, etiam quoad memoratum Praepositum Generalem; itaut si secus aliquid fiat, illicite, & invalide fiat. Cumque injecta nihilominus hac de re dubitatione, rursus eadem Congregatio, quod jam fecerat confirmaverit, & si opus esset, de novo factum voluerit, totumque exercitium jurisdictionis, quod supradictum est, esse penes solum Vicarium, ne Societas a duobus capitibus gubernetur: Praeposito vero Generali praefato reliquerit septemdecim ejusmodi facultates, quae gubernationem non respiciunt, neque impediunt. Quae omnia idem Praepositus Generalis, qui jam se totum Congregationis iudicio, & dispositioni permiserat, videns expedire Societati, declaravit, se omni meliori modo rata habere ea omnia, quae Congregatio Generalis circa gubernationem Vicarii decreverat. Ac praeterea eadem Congregatio statuerit, ut in casu aegritudinis Vicarius sibi subroget alium, qui Societatem gubernet interim, dum ipse convalescat. Quod si contingat Vicarium generalem praemori Praeposito Generali, voluerit eadem Congregatio jus nominandi Vicarium esse penes Praepositum generalem, si ad id aptus inveniatur; qui Vicarius statim nominatus, convocet Congregationem generalem, habeatque interea exercitium potestatis independens ac liberum, perinde atque haberet mortuo Praeposito Generali. Nobis propterea ejusdem Congregationis Generalis nomine, humiliter supplicatum fuit, ut praemissa omnia rite, & concordibus animis ab ipsa Congregatione constituta, ne in posterum ulla ex parte infirmari, aut in dubium verti a quoquam possint, Apostolica confirmationis nostrae robore communire de benignitate Apostolica dignemur.

Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

§.3. Nos igitur specialem dictae Congregationi Generali gratiam facere volentes, illiusque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula supra expressa a memoratis Congregatione Generali, & Praeposito Generali respective, sicut praemittitur, acta, gesta, declarata, confirmata, ratificata, statuta, & ordinata, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui quomodolibet intervenerint in eisdem, supplemus.

Decretum confirmat.

§.4. Decernentes easdem praesentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicae Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus, super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Clausulas addit.

§.5. Non obstantibus omnibus, & singulis, quae in praefatis Literis volumus non obflare, ceterisque contrariis quibuscumque; Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Aug. 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

Contraria derogat.

Dat. die 30. Aug. 1661. An.VII.

CCCLV.

Praeceptum, ut serventur Constitutiones Congregationis S. Mariae Fullien. Ordinis Cisterciensis Nationis Gallicanae circa dicendas Culpas in Capitulo, non obstantes Decreto ultimi Capituli Generalis, quod Fratres Conversi, & Donati publicis proclamationibus Sacerdotum, & Professorum Vocalium, quae fiunt in Capitulo, adesse non possint, nec ipsis usquam fas sit quemquam Sacerdotum, aut Clericorum professorum, & Vocalium Superiorem privatim, vel palam in Capitulo proclamare, sed tantummodo apud Superiorem conquiri, & Justitiam postulare.

Ex Regest. in Secret. Breve.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Aegidius a Sancto Francisco, X 2 fco,

Definitio Capituli Generalis

... sco, & Joannes a Sancto Spiritu Procuratores Fratrum Conventorum, & Donatorum Congregationis Beate Mariae Fulliensis Ordinis Cisterciensis Nationis Gallicanae, quod Capitulum, seu Definitorium Generale praedictae Congregationis in Conventu Burdegalen. congregatum de Mense Aprilis anni proxime praeteriti 1660. edidit Decretum, seu Definitionem tenoris sequentis, videlicet.

Definitum est, quod Fratres Conventus, & Donati publici proclamationibus Sacerdotum, & Professorum Vocalium, quae fiunt in Capitulo adesse non poterunt, ideoque ipsi Conventus, & Donati primum ante omnes culpas suas dicent, postmodum egredientur de Capitulo locum daturi Sacerdotibus, & Clericis professis, & Vocalibus, ut & ipsi culpas suas; Excepto tamen in Magisteriis, in quibus sunt Novitii, aut noviter professi, & non Vocales, in quibus Novitii, & noviter professi qui ipsi dicta culpa exire teneantur; nec usquam fas sit ulli Fratri Conventu, & Donato quemquam Sacerdotum, aut Clericorum professorum, & Vocalium Superiorem privatim, vel palam in Capitulo proclamare, sed si res exigat, possint tantummodo apud Superiorem conquiri, & Justitiam postulare.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, huiusmodi novum Decretum, seu Definitio contrarietur non solum praxi hucusque in praefata Congregatione inviolabiliter observatae, verum etiam ipsimet Constitutionibus generalibus ejusdem Congregationis a fel. rec. Clemente Papa VIII. Praedecessore nostro approbatis, prout latius ex istis Constitutionibus cap. 46. titulo de his, qui in aliquibus reb. &c. necnon ex Rituali ejusdem tituli de Capituli observatione, constare dicitur. Nobis propterea praefati Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui rem, partibus auditis, diligenter examinarunt, consilio, attentis narratis, circa praemissa Constitutiones Congregationis huiusmodi per eos, ad quos spectat, sub poenis privationis vocis activae, & passivae, necnon officiorum, & inhabilitatis ad ea, & alia quaecumque in posterum obtinenda, eo ipso incurrendis, servari auctoritate apostolica tenore praesentium mandamus, & praecipimus.

Confirmat decretum.

§.4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon memorato Decreto, seu Definitione Capituli Generalis ejusdem Congregationis novissime celebrati, ceterisque in contrarium adductis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Septemb. 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

Decretum irritans.

Contraria tollit.

Dat. die 5. Sep. 1661. An.VII.

CCCLVI.

Declaratio, quod revocatio privilegiorum, & exemptionum Regularibus concessarum, & subiectio Nuncio Apostolico Hispaniae ab Urbano VIII. facti, etiam Monachos Congregationis Hispaniae Ordinis S. Benedicti comprehendat, cum nova, quatenus opus sit, eorumdem Privilegiorum, & exemptionum revocatione.

Ex Regest. in Secret. Brevis

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Alias felic. record. Urbanus Papa VIII. Praedecessor noster inter alias Ordinationes, & Declarationes, quas circa Tribunal Nunciaturae Hispaniarum fecit, quoad personas Regulares a jurisdictione Ordinariorum exemptas, ac immediate Sedi Apostolicae, ac consequenter ejus Nunciis subiectas in primis, & ante omnia revocans quaecumque privilegia, aut exemptiones concessas cuivis Ordini Mendicantium, vel Monachorum, etiam Sancti Benedicti, Cisterciensis, Praemonstraten., Cluniacensis, aut aliis, de quibus specialis mentio fieri deberet, vel cuicumque Congregationi, aut societati etiam Jesu, etiam particulari nota digne, cum Sacrum Concilium Tridentinum per dispositionem Capit. Cause omnes Sess. 24. de reformat. Regulares non comprehendat, prout fuerat a Romanis Pontificibus ipsius Urbani, nostrisque Praedecessoribus declaratum; voluit, ut ab omnibus praefatis Nunciis dictae Sedis in Regnis Hispaniarum pro tempore residens pro Ordinario, & Superiore agnosceretur, & alias, prout in ejusdem Urbani Praedecessoris literis in simili forma Brevis die 27. Aprilis 1641. desuper expe-

Supplicatio.

tema

Confirmat prout in rubr.

Clausula.

tem exacte observari, plenumque robur, & effectum habere volentes, motu proprio ac ex certa scientia, & matura deliberatione, nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine revocationem privilegiorum, & exemptionum Regularibus concessarum huiusmodi, eorumque subjectionem praefato Nuncio a memorato Urbano Praedecessore, sicut praemittitur, factam, etiam Monachos Congregationis Hispaniae dicti Ordinis S. Benedicti comprehendere tenore praesentium declaramus. Et quatenus opus sit eadem privilegia, & exemptiones cuivis Ordini Mendicantium, vel Monachorum etiam ejusdem Sancti Benedicti, Cisterciensis, Praemonstraten., Cluniacensis, aut aliis, de quibus specialis mentio fieri debeat, vel cuicumque Congregationi, aut Societati, etiam Jesu, etiam particulari nota digne sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, praeservatis, mentis attestatis, restitutionis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolentibus clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, aut ad quarumvis personarum etiam Imperiali, Regali, Ducali, aliave qualibet mundana, vel ecclesiastica dignitate praedarum instantiam, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum quodcumque concessa, ac quantiscumque vicibus confirmatis, approbata, & innovata, quorum vigore, colore, seu praetextu praefatae personae Regulares a jurisdictione Ordinariorum exemptae, disteque Sedi immediate subiectae memorati Nuncium pro Ordinario, & Superiore juxta praedictam Urbani Praedecessoris voluntatem agnoscere sese non teneri, seu illi non subjacere quovis modo pretendere, possent, denuo revocamus, ac cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quilibet in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, praeminentiae, & dignitatis, etiam specialis, & individua mentione dignae existant, ad ea citati, vocati, & auditi non fuerint, nec causae propter quas ipsae praesentes emanarunt adductae, & justificatae extiterint, seu ex alia quacumque quantumvis juridica, legitima, pia, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliave quolibet etiam formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, restringi, invalidari, retractari in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gra-

tia remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, nec easdem praesentes literas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus declaratis nunc revocationum, & annulationum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis unquam comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit inviolabiliter, & inconcussae observari; sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Sedis praefatae Nuncios, aliisque quolibet quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de non tollendo jure quaesito, aliisque omnibus, & singulis illis, quae memoratus Urbanus Praedecessor in suis literis praefatis voluit non obstat. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, & occasiones praesentibus pro plene, & sufficienter, ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso, insertis, servatis, & expressis respective habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 12. Sept. 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

Contrariis derogat.

Contrariis derogat.

Transumptis eam fides.

Dat. die 12. Sept. 1661. An.VII.

Con-

Ex Regest. in Secret. Breu.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo Fratres Cappuccinis, aliisque cujuslibet Ordinis Regularibus novorum Conventuum, seu Domorum Regularium Fundationes, & Ereptiones absque Sedis Apostolicæ expressa licentia prohibentur.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

§.1. A Lias pro parte dilecti filii Joannis Ortiz de Zurate Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum professoris Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod dudum felic. record. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster considerans, in Provincia Carthaginen. dicti Ordinis, licet valde angusta, triginta tres, & ex illis octo Fratrum Recollectorum, & Reformatorum, nuncupatorum Conventus contineri; Provinciam vero Sanctorum Joannis Baptista, & Josephi in eisdem Regionis circum ita septem Conventus habere, aliosque de novo erigere, unde seculares prægravabantur; dicti vero Recollecti ex eleemosynis quotidianis vivere nequibant, sed a puritate regula recedere cogebantur, eleemosynas ad sui sustentationem accumulando, quinimo ob multitudinem Conventuum, necesse illis erat Novitios omnis generis recipere, per quasdam suas in simili forma Brevis Literas mandaverat, ne ex tunc in posterum edificari possit ullus Conventus intra spatium quatuor, vel quinque leucarum a Conventibus erectis, seu erigendis præfatis, prout in eisdem Literis die 2. Julii 1601. expeditis uberius dicitur contineri; Et in eadem expositione subjuncto, quod in Provincia Burgen. dicti Ordinis in Castella consisten. eadem, ac etiam majora nascebantur inconvenientia, cum intra spatium triginta sex leucarum Regionis majorem partem steriles, & montanæ viginti quatuor Conventus Fratrum d. Ordinis, ac tria Oratoria, necnon sex Conventus Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum reperirentur, præter tres fundationes controversas, ac circiter quadraginta Domos Religiosorum diversorum Ordinum, ex quibus, & seculares valde onerabantur, & variæ ea de causa tam inter seculares, quam inter regulares oriebantur discordiæ, non sine regularis observantiæ detrimento: Ideoque Congregationi præfate supplicato, ut ordinaret ne in dicta Provincia ad ullam novorum Conventuum tam Fratrum Cappuccinorum, quam aliorum Regularium, Fundationem deveniretur: emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, ac memorato Brevis san. mem. Clement. VIII. censuit, & decrevit servandam esse formam, ac tenorem ejusdem Brevis; Ideoque nedum Fratribus Cappuccinis, sed etiam aliis cujuslibet Ordinis Regularibus novorum Conventuum, seu Domorum Regularium hujusmodi fundationes, & ereptiones absque Sedis Apostolicæ expressa licentia esse prohibendum, & interdendum, prout harum serie prohibet, ac interdicit contrariis non obstantibus quibuscumque. Romæ 12. Augusti 1661.

M. Cardinalis Ginnettus. E. Episcopus Camerinen. Secretarius.

§.2. Cum autem, sicut prædictus Joannes Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti summopere desideret; Nos ipsi Joannem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis, super hoc humiliter porrectis inclinatis, decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfate Congregationis Cardinalium.

§.3. Decernentes easdem presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quorumvis Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & ex-

Decretum Sacre Congr.

Confirmat decretum.

Clausula.

Contrariis tollit.

expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 16. Sep. 1661. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Sept. 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

CCCLVIII.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, & Regularium super observatione ab Ordinariis, & aliis Judicibus delegatis Regnorum Hispaniarum Constitutionum Clementis VIII., & Gregorii XV. de novorum Conventuum ereptionibus, circa appellationem suspensivam pro Provincia Burgen. Ordinis Minorum S. Francisci.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio.

A Lias pro parte dilectorum filiorum fratrum Provincie Burgen. Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod per Constitutionem felic. record. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri super novorum Conventuum ereptionem editam cavebatur expresse, quod si a sententiis Ordinariorum in hujusmodi causis ad Sedem Apostolicam provocari, & appellari contingeret, ipsi Ordinarii tamdiu ereptionem novorum Conventuum suspendere deberent quousque a Sede Apostolica præfata in eadem causa pronunciatum existeret; ac in decreto dictæ Congregationis dudum rec. mem. Gregorii XV. etiam Prædecessoris nostri iussu emanato disponebatur, quod si a decretis per Ordinarios ipsos in causis hujusmodi ferendis legitime appellari contingeret, ex tunc prout ex ea die qua appellatio interponeretur, ea ad eandem Congregationem una cum toto negotio principali devoluta esse censetur, appellationeque hujusmodi pendente nihil innovandum esset: Et nihilominus Ordinarii, aliique Judices in talibus causis delegati de facto exequabantur eorum sententias in gravissimum partium damnum sub pretextu, quod Constitutio, & Decretum hujusmodi in usu non essent in eisdem Regnis. Ac in eadem expositione subjuncto, quod dicti Exponentes in præfata Provincia Burgen. viginti quatuor Conventus antiquissimos habebant, eisque sæpissime movebantur lites super ereptione novorum Conventuum ab aliis Religiosis, ac specialiter a Fratribus Minoribus Ordinis ejusdem Sancti Francisci Cappuccinis nuncupatis, a quibus intentate multe lites actualiter pendebant; ipsi vero Exponentes verebantur, ne contra formam Constitutionis, & Decreti præfatorum sententiæ ab Ordinariis, & Judicibus delegatis de facto executioni mandarentur: Ideoque memoratæ Congre-

gationi supplicato, ut in executionem libelli supplicis ipsi Congregationi a Nobis remissi declararet, & decerneret, dispositionem Constitutionis, & Decreti hujusmodi, præsertim circa appellationem suspensivam locum habere debere in dicta Provincia Burgen., ac in omnibus Regnis Hispaniarum, emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, censuit comitendum, & injungendum, prout præsentium tenore injungit Archiepiscopo Corinthi Nuncio Apostolico apud Regem Hispaniarum, ut comperta veritate expositorum memoratas Constitutiones san. mem. Clementis VIII., & Gregorii XV. circa præmissa mandet, omnique conatu studeat adimpleri, & observari; asserto contrario usu minime obstante; si quid vero ex adverso relevans deducatur, id ad eandem Sacram Congregat. referat. Romæ 23. Septembris 1661.

M. Card. Ginnettus.

§.1. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat dicti Exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiti summopere desideret; Nos specialem ipsi exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore presentium, confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate præfate Congregationis Cardinalium.

§.2. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit quorumvis Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præ-

Sacre Congr. Decretum.

Decreti confirmatio.

Decretum ipsitans.

Contrariis derogat.

præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum in ArceGandulphi Albanen. Die cæcis sub Annulo Pisc. die 27. Oct. 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

CCCLIX.

Approbatio Constitutionum, & Reformationum Collegiorum Capranicensis, & Nardini cum suppressione Protectoris dicti Collegii Capranicensis, ac quatenus opus sit nova concessio iurisdictionis, gubernii, & aliorum ejusdem Collegii Custodibus, & Gubernatoribus Archiconfraternitatis Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum juxta formam prædictarum Constitutionum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Motiva. §.1. **A**lias postquam bon. mem. Dominicus unum Capranicense, & Stephanus S.R.E. Cardinales de Capranica, & Nardinum respective nuncupati alterum Nardinum respective nuncupati Collegia in Urbe fundaverant, erexerant, & dotaverant, ac Constitutiones, & statuta pro vita, moribus, habitu, vestitu, & professione in ibi Studentium Scholarium ediderant, ac eorumdem Collegiorum Gubernatores tunc, & pro tempore existentes Custodes pii Hospitalis Imaginis Sancti Salvatoris ad Sancta Sanctorum de eadem Urbe creaverant, & esse voluerant, necnon eisdem Custodibus Gubernatoribus omnimodam potestatem Scholares, aut Studentes prædictos gubernandi, & juxta eorum demerita corrigendi, multandi, & puniendi concesserant, aliaque statuerant, & ordinarerant, prout in eisdem Constitutionibus, & Statutis uberius continetur. Et fel. rec. Paulus Papa III. Prædecessor noster non sine animi sui molestia accepto, quod Scholares, & Studentes prædicti contra proprium ipsorum juramentum non observabant, & iisdem mandatis tunc existentium Custodum Gubernatorum prædictorum non obediebant, & ipsi in dies contradicentes a Signatura Justitiæ Causam, & Causas contra Constitutiones, & Statuta, ac Custodes Gubernatores hujusmodi diversis Judicibus, non minus nulliter, quam indebite committi facere non erubescant, calumniis, & fraudibus prædictis obviare volens, motu proprio, & ex certa scientia suis, omnes & singulas Causas prædictas pro parte eorumdem Scholarium, & omnium in eisdem Collegiis habitantium coram quibus-

cumque Judicibus tam ordinariis, quam commissariis, & tam commissas, & pendentes, quam in futurum committendas, in statu, & terminis, in quibus reperiebantur, ad se advocaverat, ac tunc, & pro tempore existentibus Custodibus dictorum Collegiorum Gubernatoribus, & omnium in eisdem Collegiis habitantium, & sub eorumdem Statutis degentium Judicibus ordinariis, cum omnibus eorum incidentibus dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis juxta formam Constitutionum, & Statutorum Collegiorum hujusmodi audiendas commiserat alias in præmissis, & circa ea mandaverat, prout in eisdem Pauli Prædecessoris literis, etiam per pie mem. Paulum Papam IV. similiter Prædecessorem nostrum confirmatis tenoris subsequenti.

Paulus Papa IV. Ad futuram rei memoriam. Pii quomodolibet votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Sane pro parte dilectorum filiorum Custodum Societatis Sanctissimæ Imaginis Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum de Urbe Nobis exhibita petitio continebat, postquam a fel. rec. Paulo Papa III. Prædecessore nostro emanaverat infra scriptum rescriptum, cujus tenor sequitur, & est talis: Motu proprio. Cum sicut accepimus non sine animi nostri molestia, quod licet laudabiles Constitutiones, & Statuta tam Collegii Capranicensis, quam Nardini per Scholares, & Studentes pro tempore dictorum Collegiorum observari debent, cum illas, seu illa etiam cum juramento servare promiserint, & mandatis dilectorum nostrorum Custodum Venerabilis Societatis Sanctissimæ Imaginis Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum de Urbe, & prædictorum Collegiorum Gubernatorum pro tempore existentium parere debuissent, cum illis per Fundatores eorumdem data fuit facultas, Scholares, & Studentes in dictis Collegiis gubernare, corrigere, multare, & punire secundum prædictorum Studentium demerita in eventum contraventionis; Nihilominus præfati Studentes prædictas laudabiles Constitutiones, & Statuta minime servare cupientes, & præsertim in vestiendi, & deferendo longas vestes cum capitiis juxta formam prædictarum Constitutionum, nullo habito respectu ad præmissa, imo in dies contradicentes mandatis prædictorum Custodum pro tempore existentium, & prædictis Sacris Constitutionibus, & Statutis, & contra ipsorum respective proprium juramentum, non observando prædictas Constitutiones, ac Statuta, sub prætextu paupertatis, & non habere modum induendi prædictas vestes, cum postea plures fericis utantur, ut tenentur prædicti Juramenti vinculo, & non erubescant contra eorum proprium juramentum prædictas laudabiles Constitutiones, & Statuta in dies diversis Commissionibus a Sacra Signatura Justitiæ extorquere, & in contemptum prædictorum Dominorum Custodum Gubernato-

Decretum Pauli IV.

torum prædictorum Collegiorum, & Causam, & Causas præsentiarum jactationum, & molestationum contra prædictos Dominos Custodes Gubernatores, & Præses eorumdem, illamque, & illas diversis Judicibus committere desiderant, & committunt, & committi obtinuerunt, licet indebite, & nulliter, cum nulli liceat præterquam Pontifici Romano, & propria ipsius Signatura similes Sacras Constitutiones permutare, volentes igitur calumniis, & fraudibus hujusmodi obviare, prout nostro incumbit officio pastoralis, ac providere; Motu simili, ex certa nostra scientia, omnes, & singulas causas prædictas coram quibuscumque Judicibus tam ordinariis, quam commissariis, & tam commissas, & pendentes, quam in futurum committendas, per præfatos Scholares, & omnes in Collegiis habitantes in statu, & terminis, in quibus reperiuntur, harum serie ad Nos avocamus, & dictis modernis, & pro tempore Custodibus dictorum Collegiorum Gubernatoribus, & omnium in dictis Collegiis habitantium, & sub eorum statutis degentium Judicibus ordinariis committimus, & mandamus audien., & terminan. juxta formam prædictorum Collegiorum prædictarum Constitutionum, & Statutorum, cum omnibus eorum incidentibus, dependentibus, emergentibus, connexis, & annexis, insuper mandantes, ut Statuta Collegiorum simpliciter, ut jacent, intelligantur nullis additis commentis, seu cavillationibus a Causidicis inventis, mandantes etiam, ut qui secundum Statuta conclusiones non habuerint infra tempus Constitutionum, ipso facto sine ulla monitione a Collegiis expellantur, & alii pro iis substituantur, & cogantur expensas Collegiis persolvere. Declarantes insuper auctoritate nostra Apostolica per presentes tam Judices Ordinarios, quam Commissarios nullam penitus jurisdictionem habere, seu obtinere posse in Collegiales, & omnes in dictis Collegiis habitantes, & omnes, & singulas commissiones in posterum impetrandas, & adhuc impetratas tam sub nomine alicujus Collegii, quam particularium in Collegio seu Collegiis habitantium, tam de Scholaribus admittendis, & removendis nullas, & invalidas, & nullius roboris, ac momenti fore, & esse, nullamque in futurum tribuere alicui Judici ordinario, vel delegato Jurisdictionem, cui, vel quibus commissum fuerit, vel committeretur in futurum, & volentes, quod quodcumque prædicti Scholares, vel aliquis eorum senserint de aliqua definitiva, seu sententia declaratoria ferenda per dictos pro tempore Custodes, se gravatos, quod tunc recursum habere possint ad dilectos filios nostros pro tempore Urbis Conservatores, tanquam Judices appellationum, & non ad alios Judices: Imo ipsi Judicibus tam Ordinariis, quam Commissariis inhibemus, præcipimus, & mandamus, quatenus sub poenis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac nostræ indignationis, anathematis, ac mille Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

Sequitur decretum.

Ducatorum auri ipso facto Camera nostræ applicandorum, si secus fecerint, quod absit, a quibus quovis modo liberari non possint, præterquam a Nobis, vel pro tempore Romano Pontifice, irritum quoque, & inane, quicquid scienter, vel ignoranter factum fuerit secus, ipso jure fore decernimus, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, stylo Palatii, nomine, & cognomine prædictorum studentium causarum qualitates, & instantias, ac tenores Constitutionum, & privilegiorum, & illarum forsân Constitutionum, & aliorum hic exprimi necessariorum, status Causarum tam in prima, seu secunda, aut ulteriori instantia indecisa pendente, & aliæ quæ forsân de verbo ad verbum majorem expressionem requirant, pro plene, & sufficienter expressis haberi volumus, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Audiant præfati Judices, citent, procedant, ut petitur, & justitiam faciant, præmissis non obstantibus. Placet, & extracta fuit præfens copia ex alia cum suo originali auscultata, & collationata, ut a tergo dictæ copię descriptum est, hac sub die 5. Junii 1550. Pro magnificis Dominis Guardianis Immaginis Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum de Urbe contra Restores, & Collegiales Collegiorum Capranicensis, & Nardini, etiam a tergo dictæ copię intitulata, & in filia jurium productorum dicti anni 1550. reperta cujus originale etiam a tergo dictæ copię est descriptum fuisse restitutum, & signatum Domino Petro de Coelano, & cum eadem copia auscultata concordat, in cujus fidem hic me subscripsi manu propria die 14. Mensis Novembris 1658.: Joannes Antonius Curtus Curie Causarum Camere Notarius. Ipsi Custodes sub quorum gubernio, & cura Scholares, & Studentes Collegiorum Capranicensis, & Nardini hujusmodi reguntur, & gubernantur, ut quiete, honeste viverent juxta eorumdem Collegiorum respective Constitutionum formam dictum rescriptum tum Curie Causarum Camere Apostolicæ Generali Auditori, seu in illius Curia præsentari fecerunt, prout ex supradicta fide Notarii eidem Auditori Camere apparet. Cum tamen ipsius rescripti copia cum illius originali auscultata, non autem originale reperitur, ne a nimium scrupulosis de ipsius rescripti validitate in futurum dubitari contingat, pro parte eorumdem Custodum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut ad omne dubium profus tollendum, quod copia rescripti hujusmodi, sicut præfertur auscultata fidem faciat mandare, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignemur: Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica per presentes committimus, & mandamus, quod supradictæ copię sic, ut præfertur, auscultate, a quibusvis Judicibus ordinariis, & extraordinariis, seu delegatis, & quavis dignitate, & auctoritate fungentibus in Judicio, & extra, ubique ple-

Y

na